

amans, addiscat inde, præparationis dexteritatem pauperum quoque inopiam subleuare: vt si quem pium artificem inuenerint, longè minori impensâ saluti suæ & integrę valetudini sint consulturi. Innotuit hactenus remediorum simplicium dissolutionem non solùm possibilem, sed & cum magna medicæ vtilitatis spe, omni metu persuasi periculi iure deposito, coniunctam esse. Reliquum est vt internarum cauſarum serie absoluta, externarum Efficientis & Finis considerationem aggrediamur.



## CAPVT XII.

*Chymiae finis duplex: Internus, remedium est:  
Externus, remedij vsus. Vterq; Me-  
dicinae propositus.*

a. Post. a=  
malit. 69.

**F**E FINE Chymiae dicturi, illud Auerrois in memoriam vocamus: Disciplinas inter se diuersas, eandem rem, diuerso considerandi modo & fine contemplari. In metallo-

rum